

novum periculum Asterigis

Asterix

ODYSSEA ASTERIGIS

composuit et pinxit Uderzo
in Latinum convertit Rubricastellanus



xxxii - 121
906-11


FILOZOFICKÁ FAKULTA MASARYKOVY UNIVERZITY
ÚSTAV KLASICKÝCH STUDIÍ
knihovna pro klasickou filologii

STUTGARDIAE SUMPTIBUS EHAPAE MCMLXXXIII



QUIDAM GALLORUM...

ASTERIX heros noster est. qui subiit haec pericula. Ei viro bellicoso humili statura ingenioque callido omnia periculosa mandata sine ulla dubitatione committuntur. Vim plus quam humanam ex potione magica Panoramigis Druidae trahit...



OBELIX inseparabilis Asterigis amicus est. Munus eius est ingentes cippos comportare, valde amat carnem aprorum. Obelix semper paratus est omnia ex manibus demittere, ut Asterigem ad novum periculum subeundum sequatur, dummodo apri et acerrimae rixae appareant. Idefix eum comitatur, unus quantum scimus canis oecologicus, qui desperatione eiulat, cum arbor caeditur.



PANORAMIX, venerabilis vici Druida, visca secat potionesque magicas miscet. Imprimis potio quaedam, quae vires incredibiles tribuit, popularissima est atque gratissima vicinis. At Panoramigi etiam aliorum potuum praecepta sunt...




CANTORIX bardus est. ludicia de eius indole diversa sunt: ipse se ingeniosum iudicat, omnes ceteri cantus eius incredibiles esse sentiunt. At cum nihil dicit, sodalis hilaris atque alacer est, ab omnibus magni aestimatus...



MAIESTIX postremo princeps civitatis est. Augustus, fortissimus, suspiciosus homo rei militaris peritissimus a suis colitur, timetur autem ab hostibus. Maestix nihil timet nisi hoc unum: ne caelum in caput cadat. At ut ipse dicit: „Nondum omnium dierum sol occidit.”

in mediae silvae tranquillitate tempus cenandi esse videtur...




...tamen nonnullis silvicolis cenandi cupiditas non est.





annotatio: ut lectores adiuvemus et acerrimis puri sermonis Latini defensoribus satisfaciamus, dialogum suillum in linguam humanam traducimus:




unumquemque ex gente mea ceperunt, torruerunt, devoraverunt, abroserunt atque me unum ex numerosa familia vivum adhuc reliquerunt. haec est causa timoris!!!



*puella porcina





sequere me celerrime! nos non captum iri tibi promisi!

sus Minervam docet!




si vivam, me numquam neque grunnituram neque turpiter cenaturam iuro!



vaeeee! ne brevi ultimum grunnitum* dederim timeo!

*suis modus dicendi

desine timere! ius Verrinum non erit!



ECCE DELIRANTES!

ECCE ROMANI!



nonne vides? cum Gallos in milites Romanos vagantes induxeris, per breve tempus otio frui poteris. homo enim homini lupus.

TUX
TAX
CRAC



paulo post Parviboni, in castris Romanis...

...praeterea sues condocerunt, ut nos per silvas vagantes indagent!

Caesarem Romae versantem certiore faciamus necesse est.

et Romae...

**nullo modo!
nullo modo hoc
ferendum est!**

illi vicani Aremorici
rem publicam Romanam
illudere pergunt!

praeterea legionibus meis cum
catervis ferarum pugnandum
esse accepi!

disciplina legionum
omnino perditam est atque
inimici mei in senatu
ludibrio me habebunt.

neque vi armorum neque
praemiis offertis neque obsidibus
acceptis illi rustici Galli coerceri
potuerunt, sed...

C. Sempertinax,
caput secreti servitii,
cedo, si quid scis,
per Iovem!

Druidas
secreta sua inter
se non litteris tradere,
sed in aurem dicere
solere, bene, o Caesar,
notum est.

quid tum?

perspicuum est! nemo
praecipuum illam clarissimam
potionem miscendi, quae quemvis
invictum reddit, accipere atque
nobis tradere potest, nisi qui
simul et Druida et explora-
tor est.

ceterum, o Caesar,
mihi est ille, ut ita
dicam, Druidexplorator
inter meos in secreto
agentes!

age, fac
sine mora illum
mihi adducas!

eccum, haud
procul a te est,
o Caesar!

nunc de
suggestu descen-
dere tibi licet,
Nilnilsex!

3A

3B



quid?!!!

etiam in meis
ipsius aedibus
exquiror?!

hoc, o Caesar, parvum
modo exemplum fuit,
ut tibi ingenium optimi
mei in secreto agentis
demonstrarem!



Nilnilsex sexies
frustra examinabatur, ut
Druida fieret, ex qua
causa nomen sum
traxit.



cum septies examinari vellet,
examinatores enervati ius
Druidarum ei dederunt. ex
quo tempore ulciscendi et
lucrifaciendi causa longe opti-
mus omnium Druidexplora-
torum factus est!



laudo! cum mihi secretum illius
potionis mirandae attuleritis, triumvir
noniam ero, immo dictator fiam omnis
imperii Romani, vos divitissimos
viros reddam!



ave Caesar,
lucrifacturi te
salutant!*

* ut videtis,
gladiatores ad-
huc vitiose re-
citantur.



tibi statim in
Galliam proficiscenti
hoc confidam...



est enim musca experta atque
a me condocefacta. commenda
ei, si opus erit, nuntium micropa-
pyro inscriptum, quem mihi
quam celerrime afferet!*

*ex quo imperatori Domitiano
magnopere placuit muscas captare.



praeterea tibi
hoc volumen trado
mandatis completum,
quod non legas, nisi
cum Romam reli-
queris!

BSSSS!




qua
ratione iter
facies?

ecce,
omnia parata
sunt!

CLIC



CLOC
CROC
CLIC
CLAC




CLANG



solos equos adhuc nondum
complicare potui.


BSSSS!



paulo post...

staaate!

nunc tempus est, ut mandata Sempertinacis legam!



CUR CAESARI DEMUS,
QUAE NOBIS POTIONE MA-
GICA INVICTI FACTI
AQUILA ANCEPSTOTIUS
IMPERII ROMANI
ERIMUS. SEMPTERNAX

ES HOC VOLUMEN CUM
PERLEGERIS, PER SE
DELEBITUR.



?!

FLAMM...



hahahae! Caesar et Sempertinax stultissimi sunt! egomet unus atque solus vultur imperii Galloromani ero!


SNAC!



at... abi in malam rem, pestilens calliphora!

BSSSS!

5A




in viculo Gallorum ad oram Aremoricae sito Asterix atque amici eius otio cum tranquillitate fruuntur...



valde miror, quod ex brevi tempore, cum apros venamur, milites Romanos vagantes offendimus.


scronc! eos profecto non ignorare oportet apros nobis sacros esse! scronc!






sacrum in modum apros devoves vel potius devoras!


SCROCC!
SCRICC!
SCRONC!

5B







nisi adveniet,
terribile
erit!



horribile!...



intolerabile!...



prodigiosum!

VOMMM



...et denique
addidit: horribile!
intolerabile!
prodigiosum!

si Panoramix tantis timoribus
movetur, caelum in capita
nostra casurum est!!!



interea nox obscuravit vicum
eiusque incolas, quorum quidam
mala somnia vident.

sed mane
postridie...

venite celerrime!
**Epidemais, mercator
Phoenicius, navem
ad oram appulit!**

**advenit!
tandem!**

salve, mi
Asterix!... caelum
serenum est,
annon?

de recenti dolio tuo cer-
visiae mihi gustandum erit,
Maiestix! ne oblitus sis!

hmmm! odor piscium
tuorum me ita delectat, ut
cibi cupiditatem mihi
excitet, Deodorix!



Epidemaim atque
merces eius Panoramix
expectabat! hinc illae
lacrimae!



ita, mi domine!
odorem piscium
meorum laudibus
extulit!

id ipsum me
sollicitat! qui talia
facit, manus sibi
allaturus est!

heus, Epidemais, sodalis
familiarissime! tandem ades!

salve tu quoque, vetule puer,
salvete et vos ceteri! desiderio
vestrum tabui. ecce omnia, quae
vobis Tyro advexi...





**INSEQUAMUR
EOS!**



nos timere? plane delirat, iste Druida!



PSSSCH



BANG

BING

Eiiii!

GONG

Vaeeee!

MAMMA!!!



„equis stipendia merete!” — nobis dictum est!

equi donati dentes non inspiciuntur!

mihi persuasum est ne unum quidem hominem posthac mihi hoc crediturum!

credo me equo stipendia meruisse!



desinite lamentari: et eos equis descensuros arbitror, cum ad scopulum venerint!




pennas eis incidimus!

**ANIMUM
ATTENDE
AD SCOPU-
LUM!**




timorne cuius viri cuiusne rei?






ne timueritis;
ad omnia para-
ti sumus!

iste vaniloquus
me suspicionibus suis
valde enervat!



hac bulla pressa aliquid
accidere oportuit!!!




paulo post...

videtis tandem...
nulla causa timoris
erat!



**HEUS TU! FAC
TANDEM TACEAS!!**



per breve tempus
amicus tuus paulum timo-
ris mihi iniecit!

facilius de statu
suo deicitur, sed
puer probus est!



adhuc animus Panoramigem
reliquit! quae res me
sollicitat!

habeo, quod eum
sine dubio levet!





at... quomodo coniuncta est illud petroleum cum potione nostra?

una multarum rerum est, e quibus potio constat, et mihi ne una quidem gutta reliqua est.



CLAC!

vae! mea musca!

ut una illius petrolei gutta ad potionem miscendam opus sit, tamen hac una gutta deficiente potio misceri non potest!




evadit!

BSSSS!

pfff!

horribile auditu! quid nobis faciendumst? nemo Romanos a vico arcere potest nisi Obelix noster!



quod, ut omnes sciunt, et natus infans in aenum incidi et effectus ad infinitum permanent et et et...



age, age! etiam alia pericula superavimus. principe permitte in Mesopotamiam proficiscar, ut illud petroleum afferam!



at... quid ad me?

tu quidem remaneas necesse est. si Romani nos aggredientur, vicus tibi defendendus erit.



nolo, nolo! ego quoque in Mepot... Metos... utique in regionem, ubi petrae ex oleo manant!!!






recte Obelix iudicat! duo viri non nimis multi sunt, ut tam magni atque periculosi itineris difficultates vincant.


interea exploratores Caesaris miserrimam nostram condicionem non cognituros speremus!







Caesari hunc nuntium maximi momenti esse mihi persuasum est, sed aliud consilium mihi in animo est.
























hoc pro certo habeo:
Romani moniti sunt at-
que, quo tendamus,
sciunt!



attat!... at quomodo
fieri potuit?... nos
quidem soli...



phu!
abhorreo a muscis in
sorbitione mea natan-
tibus!!!



at... haec
musca mea
est!



apparet nos litoribus
appropinquare: denuo
muscas attrahit!



ah... ehem... contra mihi valde
placet muscis auxilium ferre at-
que huic cura mea opus est.
date veniam!



delirat
iste Druida!

utique
non posse
videtur muscam
excitare.

GLUT
GLUT




ALIQUID CELERRIME
FACIENDUM EST!
CAESAR IMPATIENS
EST ET LEONES EXTREMA
FAME PREMUNTUR!
SEMPERTINAX.



certe Galli non quiescent!
Romanis omnem copiam petrolei
Palaestinae extinguere suadebo!

GLUT
GLUT
GLUT



ah! aptum est ad corpus
recreandum! me magnis vo-
latibus contententem max-
ime enervat discrepantia
temporum!



fac avoles!
successus et bonus
eventus in tuis
alio positi sunt!

homines revera
duri animi sunt.
utinam ne amore
istius viri com-
movear!



valde dolemus,
Epidemais, quod
tantam molestiam
tibi afferimus!

immo
valde me delectat
Romanis dolum
nectere!



praeterea cras per oram Iudaeorum
navigabimus atque me navem ad
cum hospitalissimum huius terrae
appulsurum promitto!

mane postridie...

ecce terram
fluentem oleo,
Asterix!

iter tuum ad Hierosolymam dirige atque
visita amicum meum, qui vocatur Samson
Quasimodogenitus. est enim redemptor
meus. etiam petroleum ei est.

gratias agimus, Epidemais!
fortasse brevi nos revises?

magnopere
id spero! semper
me divitiorem
facite!...

adhuc fame pre-
mor! scisne, num
apros hic reperturi
simus?

scio nobis imprimis
reperiendum esse, qua via
eamus.

ecce venit
aliquis, ex quo
quaerere pos-
sumus.

salvus sis, amice!
potesne nobis explicare,
qua via Hierosolymam
perveniamus?

asinus atque ego eodem
profecturi sumus. iter
una faciamus!

Iosue vocor.
Iosue Ben-
iamin.

egomet
Asterix sum, hi
autem Obelix at-
que Idefix, ille
Druida Nilnilsex.

venimus e
Gallia, ut a Samson
Quasimodogenito
mercatorum petro-
leum emamus!

valde miror, quod
aliquis iter tam
longissimum at-
que difficillimum
facit rei mini-
mae causa.

suntne multi
Romani in
hac regione?

numerus eorum minor
est quam in Phoenicia,
quae est provincia Roma-
na. nobis procurator est,
itaque Hierosolymae tan-
tum exiguum praesidium
Romanorum collocatum
est.



paulo post...

hoc loco paulum morari placet!

recte dicit ille, Asterix: moratur, qui non consentit!



sumite, quaeso, de cibis meis, sed nihil vobis offerre possum nisi fruges sole duratas.

tua liberalitate abuti nolumus!

nonne fortasse aper tibi est, etsi duratus?



quid enim est aper?

nomen speciei est sus scrofa, classis mammalium, ordo artiodactylorum, subordo nonruminantium, familia suidarum — scilicet aper!

?!?




susne?!? at legibus nostris carnem suillam edere nullo modo permisum est! praeterea et aliarum bestiarum carne vescendum non est, si immunda* est.

*adhuc iudaeis caro nisi rite iugulata edenda non est.



emenda non est?! nonne parciore pecuniae estis in hac terra?

denique nonnullis post diebus Hierosolymam pervenitur, in urbem regum delitescem sub altis moenibus, quae postea advenis ex omni orbe terrarum patebit.





salvus sis, Isaias!
quid novi?

nihil quidem nisi hoc: Romani
praesidium duplicaverunt omnesque
urbis aditus custoditos tenent.



quidnam
quaerunt?

tres Gallos et unum
canem. ego si loco
trium amicorum tuo-
rum essem. magnopere
caverem!



prospere
succedit! nuntius
iterum pervenit!

recte dicit!
discedemus a te,
ne in molestiam
incidas!

cur autem
Romani vos
quaerunt?



prohibere vo-
lunt, ne petro-
leum emamus,
neve in Galliam
importemus!

at hoc
modo pro-
polas perdi-
turi sunt!!



sequimini me! vos ad-
ducam ad amicum, qui in
oppido prope Hierosolymam
sito habitat. ibi Romani
nullo modo vos quaerent.



hac nocte nescioqua via in
oppidum irrepemus!


cur autem nos
adiuvans tantum
periculi subis,
losue?



ut alicui Iudaea
vel Samaria vel Ga-
lilaea patria sit,
omnes, qui contra
Romanos pugnant,
nobis adiuvandi
sunt.



ecce, adsumus!



numquam hominem
cibi avidiorem vidi
quam istum! decimum
iam pisces fartum de-
voravit et plures
appetit.

valde doleo, quod
non est vobis locus in
deversorio, sed palea-
rum et foeni plurimum
est in stabulo et locus
spatiosus ad ma-
nendum.




sub ves-
perum vos
arcessitum
veniam!









et
vespere...

verum quidem dixit
ille caupo: palearum plu-
rimum et locus spatiosus.
quod nomen est huic
oppido?

Bethlehem,
ut sciam!







in Iudaea apud procuratorem Romanum...

ave, Ponti Uspilate! Galli nos evaserunt atque timendum est, ne longius spatium praeceperint!

age, care Druideexplorator, quae extra fines a me procuratos fiunt, mea non interest!

iste me manus perpetuo lavando enervat!...

haec non curo! Asterigem atque Obeligem navem ascendentem exspectabimus atque debitis honoribus accipiemus...




interea...

Asphaltitae appropinquamus.

magnopere doleo, Asterix!

concedendumst has bestias non ita idoneas esse ad equitandum.

haec non causa est doloris! animus meus maeret, quod incolae huius terrae praeeudicio de genere aporum tenentur!



ECCE MARE!
JOOOOO!

sole ardente aquis frigidis submergi iuvat!

mane paulisper!

ioooo!




?

explanaturus eram: Asphaltites sexies tantum salis continet ceteris maribus atque tanta densitate est, ut corpus humanum summergi non possit.

HAHAHA!
HAHAHA!

baurg!
baurg!
baurg!






cum marginem deserti pervenerimus, vos relinquam. vobis Mesopotamiam petentibus iter semper in orientem tenendum erit!

iterum gratias agimus, Saul Solvere!

desertum perlustrandum est partim sole ardente...



...partim noctibus gelidissimis.

delirat istud desertum!



restant etiam eiusmodi triginta dies, qui longi erunt!



?!
SAGG



celerrime salutem fuga petamus!



unde estis?







Galli sumus!





date veniam, quaeso! vos Babylonios putavimus. nos quidem Chaldaei bellum cum illis gerimus.


vos in tempus futurum peritiores esse praestat!

numquis nos Babylonios putare potest?









phuu!
haec aqua bibi
non potest!



AQUA NON EST.
OLEUM EST,
OLEUM PETRO
LEUM, PETROLEUM




mirumquidem!
nos ad Babylo-
na pervenire
noniam opus
est!

nonne vere dixeram
Idefigem omnia re-
perire posse?



compleamus utrem a me re-
sartum atque relinquamus celer-
rime desertum!




paulo post...

properan-
dumst, ut Tyrum
atque navem Epi-
demais capiamus,
qua cito in Gal-
liam vehamur!



iam sentio
apros assos!

BAU!
BAU!



sed Tyri apud praefectum
classis...

quis
tu, advena,
quidque vis?

nuntium Caesaris
tibi fero hoc: iubeto
omnes naves mercatorias
in Galliam exituras
deleri mergique!



BSSS!



revera nuntius ala-
cer atque, ut ita dicam,
volucer tibi esse videtur,
qui spatium inter Ro-
mam et Tyrum tam in-
credibili celeritate
confecit!

ita! minuta
mirandaque mus-
molita est!

BSSSSS!





celerrime, Epidemais, tolle ancoram! ubi navis tua est?

nulla ancora, nulla navis!




quid hoc sibi vult: nulla navis?

Romani iussu Caesaris combusserunt, negotia mea submerserunt, ut nunc obrutus sedeam curis atque tristitia.



me providere oportebat Romanos a Nilnisege, illo fure, praemonitos esse; qui quominus in Galliam revertamur, prohibere volunt.



hic sunt! horreum perscrutamina!


venite mecum! me sequimini!




ut a quaestoribus et exactoribus Romanis tutus essem, hunc cuniculum effodi iussi...



...quae exit in hoc horreum subterraneum; Orpheum imitatus ad inferos descendi!



hic locus sub ipsa navium statione est...



...et forte fortuna navi praetoriae C.I. Caesaris adversus!



Caesarne adest?

non adest, sed navem suam capiti secreti servitii permisit, qui vos captandos curet!



profecto in navi Caesaris:

Caesar impatienter se gerit, Nilnilsex! quid ad potionem magicam?

tantum restat, ut Asterix Obelixque evanescant, quae brevi curabo: Hebraico habitu iam visi sunt!



hahae! imitator!

mane, mihi consilium est!



suntne parati nautae tui ad navigandum, Epidemais?

parati quidem sunt, sed noniam G.I. sunt, immo qui certantes de praemiis a me propositis vicerunt. praemia omnia eadem sunt: navi per maria vagari. victores i.e. vectores suis impensis vagantur.



fac ergo omnes convocos, ego equidem tibi explicabo, quae faciemus...



postquam nox appetivit...




heus, miles!


sta!
quis tu?




bene tibi contigit, vir Gallice! per punctum temporis te Hebraica veste indutum esse credidi!




TUXX





celeriter merces in navem imponite!









procul ab eiusmodi crudelibus atque barbaris ludis sub caelo stellato invicti incolae vici Gallici gaudiis salubrioribus delectantur. ut eis petroleum non sit, tamen non ignorant, quomodo reditum heroum suorum celebrent.

nonne tibi in mentem venit aprum nescioquae farcire?

age, Asterix! pauca nobis refer de Odyssea tua!


sit ita! omnia coeperunt in mediae silvae tranquillitate, ubi tempus cenandi esse videbatur...

tempus nobis parcendi exiit!

FINIS
FABULAE

UDERCO
3-8

PRODOTTORE



paulo minus
valeo,
Panoramix!...

nullo modo,
Obelix, potionem
magicam accipies! milies
tibi dicebam te natum
infantem in eam
incidisse!

RAX!

delirant
isti
Romani!

